

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Senectus ac
cum fonte primo

Dicit
michi Farinus puer:

Nos eandem crisim habere quia utriusque
dentes cadunt.

Eodem tempore ille ascendit, ego
descendo.

Mentitus sum. Iam enim etas nostra non
descendit sed cadit.

Seneca ibidem (epistola XVI.).

Progymnastas meos quaeris? Unus
mihi sufficit Pharius, puer,
ut scis, amabilis, sed mutabitur: iam
aliquem teneriorem quaero. Hic quidem
ait

nos eandem crisin habere, quia utriusque
dentes cadunt.

Sed iam vix illum adsequor currentem et
intra paucissimos dies non potero: vide
quid exercitatio cotidiana proficiat. Cito
magnum intervallum fit inter duos in
diversum euntes:

eodem tempore ille ascendit, ego
descendo,

nec ignoras quanto ex his velocius
alterum fiat.

Mentitus sum; iam enim aetas nostra non
descendit sed cadit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 83, 4 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.279, ll.4-13).